

DILECTO FILIO
ACTIO SYNCERO
SANNAZARIO.

LEO PAPA DECIMUS :

Dilecte Fili, salutem, & Apostoli-
cam benedictionem. Cum for-
te de claris ingeniis ætatis no-
stræ apud nos verba fierent, af-
fuere qui cum te, tum opus tuum de
PARTV VIRGINIS divinis propè
laudibus cum admiratione attollerent,
atque prædicarent. Quæ res expectata
quidem diu nobis (nihil enim non ex-
cultum, non elaboratum, non singulari
tuo ingenio dignum proficisci à te posse
arbitramur) verum eo nunc carior, &
jucundior visa est, tum quod quæ futu-
ra expectabamus, accepimus iam facta
esse, & quæ superent omnem expecta-
tionem; tum quod etiam nullo non tem-
pore fuissent acceptissima, hac præcipue
tempestate erunt longe gratiora. Qua
quidem, quo doctiores videantur, Ec-
clesiam stylo iniquo petant, qui exactis-
sima eruditione commendent, non desi-
derentur. Dici non potest, cum hæc au-
diremus, quantum voluptatis acceperi-
mus, & cum ipsi legemus, acceptori si-
mus; quod persuasi sumus, divina fa-
ctum providentia, ut divina Sponsa tot
impiis oppugnantibus, lacerantibus-
que lacessita talem, tantumquo nata